

innotescit, Christum crucifixum esse
 verum Librum vitæ, & æternæ infalli- ^{Christus}
 bilisq; veritatis divinæ: ex quo cum fi- ^{crucifi-}
 dem, tum vitam Christianam addisce- ^{rus libris}
 re oporteat omnes, qui modo cunque ^{fidei &}
 velint vera vivaque membra corporis ^{vita}
 salvifici redemptoris nostri esse, illius-
 que vitam & mortem in ipsis operari,
 & vivos fructus proferre desiderent.

CAPUT XX.

DE ORATIONIS EFFICACIA
 & necessitate in divinis istis con-
 templationibus.

Cantic. 2. *Quæram quem diligit a-*
nima mea.

Quia vera cognitio Dei & Christi
 crucifixi comparari non potest,
 nisi quotidie & assiduo quis le-
 gat Librum innocentis sanctissimæq; ^{Quid sit}
 vitæ Christi Jesu Domini nostri, quæ ^{Oratio}
 meditatio & elevatio mentis in Deum
 non fit absq; devota, fideli, humili &
 assidua oratione (est autē illa non tan-
 tū in orali colloquio cum Deo, sed po-
 tius in elevatione fidelis cordis, animi,
 omniumque virium animæ ad Deum
 posita.) Idcirco necesse est illius natu-
 ram & constitutionem non ignorare.

H. S.

Nam